Ist[e] sunt statuta monasterii Lirinensis edita a R[everen]do in Christo patre et domino domino Anthonio abbate dicti monasterii in suo primo capitulo generali que sic incipiunt sub anno m[illesim]o iiii^c xli de mense madii

1441 · 9 juin

Anno domini millesimo iiii^c xl^i et die viii mensis Junii. Noverint universi presentes pariter et futuri. Quod nos frater Anth[onius] [illegible], abbas sacri monasterii Lirinensis. Constituti in nostro monasterio in capitulo generali. In presentia totius conventus dicti monasterii et aliorum priorum ac monachorum quorum nomina inferius describuntur generale capitulum celebrantes ad ea que pertinent ad reformationem tam spiritualium quam temporalium dicti monasterii de toto nostri generalis capituli consilio et assensu statuimus et ordinamus capitula que inferius continentur

ARCHIVES DU VAR · PROPRIÉTÉ PUBLIQUE
ALPES MARITIMES · ARCHIVES · PROPRIÉTÉ PUBLIQUE

In primis statuimus et ordinamus quod omnia et quecumque que quondam R[everendus] p[ater] dominus Gaufredus abbas huius sacri monasterii tam circa moderationem divini officii quam cerimoniarum ordinavit fuerunt et per statuta habeant ab successoribus [illegible] de cetero prout sequitur reservata

Primo statuimus et ordinamus quod tempore quadragesimali et adventus domini singulis horis infra preces videlicet post Domine exaudi in medio te [illegible] Miserere mei usque in finem semel tantum

Item ordinamus et statuimus quod omni die feriato et non feriato dicatur perpetuo una missa pro [illegible] ante maiorem missam [illegible] in qua missa semper dicatur illa collecta oratio videlicet Deus venie largitor [illegible] defunctis

Item statuimus et ordinamus quod hore singulis diebus feriatis et non feriatis dicatur in conventu iuxta formam kalendarii correpti per dictum quondam dominum G. abbatem et fratres [illegible] teneantur servare formam dicti kalendarii et quilibet prior teneatur habere dictum kalendarium infra unum annum a die publicationis huiusmodi sub pena [illegible] nostro infrascripto applicanda